et inviolabiliter observationem a data presentium ad decursum et duntaxat valituram etc.

Lrae Podwodarum

Capitaneis Vicecapitaneis Terrestr. Burgrabijs Proconsulibus Consulibus Advocatis Scultetis oppidorum et villarum Rectoribus praesentibus literis nostris requiren. Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam. Fid. del. Mandamus vobis ita omnino fieri volen. ut eandem exhibitori literarum Nobili N. Cubiculario nro a nobis in arduis nostris et Reipub. negotijs in terras N. eunti et iterum redeunti de N. Podwodarum equis cum curru vel sine curru providiatis et ab alijs diei et nocti non parcen. providen. curetis diuturnitate Datis in Comissis minime obstante Datum etc.

Comissio con. conss. Crac. post declaratam cor. limitonem.

Magci et Generosis etc. Sincere et Fidelibus nobis dilectis gratiam nram Sincere et Fid. nobis dil. Ex querelis assiduis apud nos toties per infidum Felen Judaeum Cracovien. depositis protestationibus officiosis intelleximus Famatos Proconsulem et Consules Civitatis nrae Crac. ipsi se difficiles in exequen. decreto nostro inter ipsum et Egregium Stanislaum Cic. Philo et Medicinae Doctorem Consulem Crac. per nos ex contraversia par lato praebuisse et indies non attent etiam monitis et Mandatorum nostrorum literis poenalibus praebere eo usque quod non tantum illud ipsum Decretum nrum exequuti non sint verum etiam exequutionis loco ipsum nova iniuria affecerint non solum omni residua pars summae trium Millium et quingentorum flor. Judaei ipsius in Mancato liquidata defalcata summa in qua Judeus pignora sua obligaverat eidem restituta et persoluta non est verum etiam ea ipsa pecunia Mille octingentorum flor. ad offri illorum vigore Decreti nostri reposita per ipsos retenta ac tandem Doctori extradita fuit neque aliqua debita et finalis uti par est exequutio Decreti nostri a nobis antea declarati facta. A eo nomine Judaeus se non contemnanda damna in protone ipsius officiosa expressa cum proter ademptam illius propriam Famam, tum vero ob extractam hucusque Decreti nostri exequutionem perpessum esse conqueritur. Supplicavitque nobis ut ipsi ea in parte opem ferre dignaremur Nos vero qui unicuique ius suum quamprimum reddi volumus Sinc. et Fid. vobis hocce negotium discutiendum et definiendum duximus et comitten. prout hisce literis nostris committimus Mandan. eisdem quatenus Sint. et Fid. vris vigore declaratorij decreti nostri super ipsa limitatione Crac. a nobis promulgati captato aliquo certo die et tempore compenten. ad Arcem nram vel Civitatem Crac. descendant Vocatisque

ad sui Praesentiam literis intersecturis earum per quarum interest de omnibus iniurijs suprascommemoratis Iudeo illatis ac alijs eo in negotio erratis etiam hic non specificatis iudicialiter fundata inprimis iurisdictione Commissoriali cognoscant, auditisque pronsione, responsione allegationibus et deductionibus partium sententiam suam in negotio principali ferant illudque ex iuris et legum praescripto terminent ac id quod iustum et iuri communi consentaneum videbitur statuant et decernant appellatione tam ad nos per separatam decreto Sint. et Fid. Vestrum sententiarum nisi a definitiva sententia admissa neque aut duorum vestrum absentia huic negotio decidendo non obstante. Pro gratia nostra et Sint. et Fid. V. aliud non facturis.

Informatio Capitaneo dum subditi non praestant officium

Stephanus etc. Generose etc. Generose Fid. nobis dilecte. Ex certorum Consiliariorum nostrorum relatione accepimus plurimum ex proventibus Capitaneatus nostri Bielscen. ad Thesaurum Serenissimae Coniugis nostrae inferri consuetis decessisse atque non contemnendam eorundem proventuum partem gestaesis non persolutam desiderari id vero non alia de causa evenisse et in dies evenire dicitur nisi quod et minus diligens studium Sint. tuae in providendis bonis nostris Capitaneatus illius adsit, et quod subditi Capitaneatus ipsius ita dissolute vivant, ut neque ad debitum onus nobis praestandum se teneri existiment, neque si id praestant a Sint. Vra tanquam nos Capitaneo et nobis legitimis admonentur vel etiam si in quantum id necessitas postularet compellentur. Cum autem nobis qua a nobis atque adeo legibus ipsis insignita est brachij Regalis non autoritate et potestate huic malae temeritati rectius rusticanae obviam ire potuisse ipsisque pro excessarum qualitate et quantitate non expectatis a nobis informatorijs literis minus necessarijs nos et seipsum vindicare potuisse id vero et si non male altius Sint. Vrae ipsis literis nostris hortandam putavimus hortamurque ut deinceps Sint. Vra ita sein ea Capitaneatus administratione gerat quem admodum debitum officij Sint. V. exposcit bonorum nostrorum diligentem uti par est administrationem et curam habeat proventus integros inferat pro non illatis satisfaciat huic vero malo dissolutae temeritati et inobedientiis subditorum quam toties et tantum causatur iuxta consuetudinem in talibus usitatam modo legitimo obviam eat, eosque non solum officij sui commune faciat verum etiam ad debitum subiectionis onus praestandum reducat et compellat omnemque etiam diligentem det operam ne ob eiusmodi causas Serma Coniux nostra provisione sibi assignata careat. Alioquin etiam Sint. tua nobis occasionem praebebit de consulere